



Biblioteca estense universitaria

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

bibliotecaestense.beniculturali.it

gamma.n.8.4.1

Diploma di laurea di Curzio Tomasi

Ms., 1650

Img: BEU, 2014



Terms of use

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.

For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to b-este.urp@beniculturali.it.

Creative Commons License

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>

M. 8. 4. (1)

1

γ. Ν. 8. 4. 1

APP.
601-



Scripto de *Petrus de Augustina*
Petrus de Augustina ex officio
collegii sedis Archiepiscopalis
Almæ Gymnasij Apud *Concordia*
in subscripto actu *Nov PETRUS de Augustina*



CIPPIO De Pannocchieschi, Nobilis
Patritius Senensis, ex Comitibus Ilcij, Dei & Aposto-
tolice sedis gratia Archiepiscopus Pisanus, Insu-
larum Sardinie & Corsice Primas, & dicte sedis
Apostolice in eis legatus natus, nec non Pisanus
Almi Gymnasij Apostolica Cesareaq; auctoritate Cancellarius, eoque
in infrascripto actu absente, Nos **PETRVS de Augustinis**

Pisanus I.V.D. Can^{cus} Penitentiarius Primatialis Eccle^{ie} Pis^{anae} Vica-
 rius ac Locumtenens Generalis ab eo ad infra scripta o^mnia & sin-
 gula specialiter constitutus & deputatus Vniuersis & singulis
 presentes n^{ost}ras inspecturis salutem in D^{omi}no sempiternam Cum in-
 ter ceteras in toto orbe terrarum Venerandas & famosas Academi-
 as & Clarissimarum Doctorum Vniuersitates Pisana multis ornam^{en}tis
 & priuilegijs honestata maxime fuldeat in qua etiam ad Doctoratus
 et magisterij publicam & eminentem dignitatem Pontificiam & Cae-
 sarea aut horitate sublimantur & extolluntur illi quos longo e-
 xercitio labore studio disciplina, et ingenio, summis uigilijs om-
 ni denique conatu, & nixu spretis, & relictis uoluptatum illece-
 bris, sese doctrine penitus dantes Sacris & pene Diuinas Cano-
 nicam Civilemque scientias adeptos maximis laudibus ac ueris-
 simis testimonijs accurate reperit probatissimos, & quos certa-
 men generalis & rigorosi examinis coram Nobis et Venerando Iu-
 risconsultorum Collegio per concurrentem uirtutum copiam merito-
 rumque Excellentiam ita promouet, ut Doctores infusis priuilegi-
 is preuocatiuis Honoribus & Dignitatibus ueniant decorandi
 Cum itaque Egregius ac Eruditus Vir Moribus Modestus inde-
 nio Acutissimus doctrina praeditus & scientiarum Cognitione
 Preclarus **Per Ill^{ustrissimum} & Adm^{inistratum} R^{ectoris} D^{omi}ni CVRTIVS** quon-
 dam **D^{omi}ni E^{cclesie} Francisci de Thomasijs Cortonensis** Qui sua
 florente etate In Celeberrimo PISANO Gymnasio per quin-
 quennium assiduis exercitatus uigilijs Iuri Pontificio et Caesareo
 sollicitam & curiosam opam iudiciter impendit, et nauauit scholas-
 ticoque actus arguendo conferendo disputando, et exercendo, de-
 hinc fuerit legitime coram Nobis Vicario et Vicecanc^{ibus} prefato presen-
 tatus p^{er} Mag^{istros} et Eximios Viros In Verac^{itate} Censura Doct^{orum} Excell^{entissimos}



D^{omi}ni IOSEPHVM Lupium Pisanum

R^{ectoris} D^{omi}ni Alexandrum de Minerbetti Florentinam Eq^{uitem},
D^{omi}ni Franciscum de Schippili Pisanum,
D^{omi}ni Bartholomeum Cesium Pisanum,
D^{omi}ni Abbat^{em} Ioannem Pinoccium Senensem,
D^{omi}ni Hieronymum Burghesium Senensem,
D^{omi}ni Sebastianum Galeottum Can^{onicum} Pilsientem,
D^{omi}ni Laurentium Pettinimum Canonicum Pisanum,
D^{omi}ni Hieronymum Dinium Collensem,
D^{omi}ni Adulstinum Zucchettium Pisanum,
D^{omi}ni Blasium Curinum Pontremulensem Eq^{uitem},
D^{omi}ni Fabium Paccallium Pisanum,
D^{omi}ni Petrum Paulum Borromeum Miniatesem,
D^{omi}ni Thomam de Pruinis Pisanum,
D^{omi}ni Laurentium del Beccuto Florentinum,
D^{omi}ni Valerium Chimentellium Florentinum,
D^{omi}ni Franciscum Mariam de Ceffinis Florentinum,
D^{omi}ni Hieronymum de Vecchijs Senensem,
D^{omi}ni Fridericum de Antinoris Florentinum,
D^{omi}ni Comit^{em} Gulielmum Codeb^o Mutinensem,
D^{omi}ni Liulium Cesarem de Belactis Massensem,
D^{omi}ni Franciscum de d^{omi}ni Empoli Florentinum
 Promotores suos In eodem Pis^{ana} Alma Gymn^{asio} publice ledentes Iure
 examinandus & approbandus, In Iure Can^{onicum} & Ciuili, & ob hoc se
 subiecerit arduo ac uigorofo examini priuato n^{ost}ro et Clarissimo-
 rum Doctorum Sacri Collegij Iuris Can^{onicum} & Ciuili^{um} Ciuitatis Pisa-
 ne In quo quidem examine dictus **D^{omi}ni CVRTIVS** Puncta
 sibi de more In Verac^{itate} Iure externa die hora XVI assignata V^{bi}
 In Iure Pontificio c. si aliquando 41. de Sent. Excom. & In Iure

autem Cesareo I. liberta 36. ff. solut. Matrim. & Miro ordine reci-
tando, et arduum, acute, & subtiliter non tam scholastico quam doc-
toreo, quidem more respondendo, adeo docte, et bene se gessit, &
ita ac taliter se habuit, ut comuni dicti Collegij voto, et consen-
su Unanimi Nemine **PENITVS PENITVS** Discrepante
Didicimus existimatus fuerit, ut Pontificij Cesareique Iuris
ornam^{ti} gradu, & insignibus, feliciter honestaretur, Nos igitur
consilio concordia comuni consensu, & unanimitate Colle-
gij predicti in sufficienti n^o Collegialiter de nro mandato conde-
dati, eundem Nobilem, & Preclarum Virum **D. CVRTIVM**
ante dictum preuiso processu precedente, & habita diligenti infor-
matione de fide Catholica, et ipsius Religionis & iuram^{ti} pres-
tato in manibus nris iuxta formam Bulle per eum lecte felicis Recor-
dationis Pij PP. Quarti, super iuramento prestando & profes-
sione facienda, sub Datu Rome apud Sanctum Petrum Anno In-
carnationis Dni M.D.LXIII, Idibus Novembris, Pont. sui An-
no Quinto, cuius professionis, et iuram^{ti} forma, nunc describitur
ad verbum S. Ego **CVRTIVS de Thomasijs**, firma fide cre-
do & profiteor omnia, & singula, que continentur in Symbolo fi-
dei quo Sancta Romana Ecclesia utitur V3. **CREDO** in unum
Deum Patrem Omnipotentem factorem Celi & Terre visibilium omnium &
invisibilium, Et in unum Dnm **Iesu Xpum** filium Dei unigenitum, Et
ex Patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine De-
um verum de Deo vero, Genitum non factum, consubstantialem Patri
per quem omnia facta sunt, Qui propter nos homines, & propter
nram salutem, descendit de Celis, Et Incarnatus est de Spiritu S.
ex Maria Virgine Et **Homo factus est**. Crucifixus etiam pro no-
bis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est, Et resurrexit tertia
die secundum scripturas, Et ascendit in Celum sedet ad dexteram

Patris, Et iterum venturus est, cum gloria iudicare vivos et mortuos
cuius regni non erit finis, Et in Spiritu S. Dnm, & vivificantem, Qui
ex Patre filioque procedit, qui cum Patre et filio simul adoratur, Et con-
glorificatur, qui locutus est per Prophetas, Et unam Sanctam Catholicam
& Apostolicam Ecclesiam, Confiteor unum Baptisma in remissionem
peccatorum, Et expecto resurrectionem mortuorum, Et vitam venturi
seculi Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones reliquasque
eiusdem Ecclesie observationes, et constitutiones firmissime admit-
to, et amplector, Item Sacram Scripturam iuxta eum sensum quem
tenuit, et tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero
sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum admitto, nec eam
unquam nisi iuxta, unanimum consensum Patrum accipiam, &
interpretabor, Profiteor quoque septem esse vere, & proprie Sa-
cramenta, nove legis a **Iesu Xpo** Dno Nro instituta, atque ad
salutem humani generis Is. non omnia singulis necessaria S3.
Baptisma Confirmationem Eucharistiam Penitentiam, Extremam
Unctionem Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex
his Baptisma Confirmationem, et Ordinem, sine sacrilegio reiterari
non posse, Receptos quoque, & approbatos, eiusdem Ecclesie Catholice
vitus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemnem adminis-
trationem recipio, et admitto, Omnia, & singula, que de peccato ori-
dinali, et de iustificatione in Sacros. Tridentina Synodo tradita
definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio Profiteor pa-
riter in Missa offerri Deo verum proprium, et proprium sacrificium
pro vivis, & defunctis, atque in Sanctis. Eucharistie Sacra-
mento, esse vere realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem
una cum anima, et Divinitate Dni Nri **Iesu Xpi**, fierique conuer-
sionem, totius substantie panis in corpus, et totius substantie vi-
ni in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia, transubstan-

tiationem appellat, fateor etiā sub altera tantū specie totum, atq;
integrū Xpū, uerūq; Sacramentū sumi, Constantē teneo Piv.
datorium esse animasq; ibi detentas fidelīū Suffragijs iuuari Si-
militer, & Sanctos, una cū Xpō rednantes uenerandos, atq; inuo-
candos esse, eorūq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reli-
quias esse uenerandas, firmiter assero Imagines Xpi, ac Deipa-
re semper Virginis, nec non aliorū Sanctorū habendas, et reti-
nendas esse, atq; eis debitum honorem, ac uenerationem impa-
riendam, Indulgentiarū etiā potestatem a Xpō in Ecclesia ve-
littam fuisse, illarūq; usum Xpiano populo maxime saluta-
rem esse assero, Sanctam Catholicam, et Apostolicā Romanam
Ecclesiam, omniū Ecclesiarū Matrē, & Magistrā agnosco, Ro-
manoq; Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis Successori
ac **Iesu** Xpi Vicario, uerā obedientiā spondeo, ac iuro, Cetera
item omnia a Sacris Canonib; & Oecumenicis Concilijs, ac pre-
cipue a Sacros: Tridentina Synodo tradita definita et decla-
rata indubitanter recipio atq; profiteor, Simulq; contraria oīa
atq; hereses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, &
anathematizatas, Ego pariter damno reicio, et anathematizzo.
Hanc ueram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse
potest, quam in presenti sponte profiteor, & ueraciter teneo,
eandem integram, & immaculatam, usq; ad extremum uite
Spiritus constantissime (Deo adiuuante) retinere, & confite-
ri, atq; a meis subditis seu illis, quorū cura ad me in munere
meo, spectabit teneri doceri, & predicari, quantū in me erit
curaturū, Edo idem **CVRTIVS** spondeo uoueo ac
iuro (Sic me Deus adiuuet) et hec Sancta Dei Euangelia, Et
super Cathedram constitutum in Nri, et aliorum presentia
diligenter examinātū Catholicum, & Religiosum, reperiuntur si-

mul, & approbatū diximus pronunciauimus, & declarauimus,
sufficientissimū doctis; et meritisimū, ad habendū consequen-
dam, & obtinendū licentiā, publicum gradum, et solita docto-
ratus insignia, in I.V. facultatibus suprascriptis, illiq; tunc
auctoritate superius plenissime demandata, quā in hac par-
te fundimur uti meritisimo I.V.D. in eisdem legendi docendi
glosandi disputandi consulendi interpretandi examinandi ac
iudicandi, Cathedrā Magistralem, ac Doctoralem ascendendi,
illamq; regendi, ceterosq; Doctores actus, & Magistrales Pisis,
et ubiq; locorum, ac terrarū publice exercendi, plenā liberā, ac
omnimodam potestatem licentiā, et facultatē, cedimus damus, et
concedimus, per has nras ipsū Nobilem, & Preclarum Virum
D. CVRTIVM pronunciantes affirmantes, & declarantes
I.V. Excell^{ma} esse Doctorē Receptis postremo, per eum ab eodem
Excell^{mo} I.V. Doct: **Dño IOSEPHO Lupio** Compromoto-
re suo suprascripto, ac aliorum suorū Compromotorū nomine
ipsorum Iurium, & gradus solitis doctoratus insignib; Libro
S3. clauso max aperto, Birrectoq; uice lauree eius capiti impo-
sito, ac demū anuli aurei subarractione, cum osculo pacis per-
teualibus, magistrilibusq; benedictionibus, qui omnibus sic pu-
blice insignitus, & coronatus felici coronetur in patria per uiuē-
tem in secula, In quorū omnium, & singulorū fidem robur ac tes-
timoniū premisorū presens hoc publicū instrumentū autentici-
cum, in se continens priuilegium, per **D. Laurentiū Zucchet-
tium**, Ciuem Pis: I.V.D. & Archiepiscopalis Pis: Curie Cancellariū
infra scriptū rogari, ac subscribi, iussimus Sigillisq; eiusdem Ill^{mo} et
R^{mo} Pisani Archiepiscopi appensione muniri, Datū Pisis, In Palatio
Archiepiscopali coram, & presentibus ibidem Ill^{mo} **Dño Petro**
Calcina Pisano, Equitum S: **Stephani** Magno Priore, Ill^{mo}

*Dño Francisco Serenio Pisane Arcis Prefecto, Excell^{mo} IV.
Dactore Dño Bernardo Pandorzio Cortonensibus, Et quam
plurimis alijs testibus, ad predicta uocatis habitis, & uodatis,
Anno ab Incarnatione Dñi Nri Iesu Xpi M.D.C.LI stilo Pisano
Indictione Tertia, Romano uero atq; Florentino M.D.C.L. die
uero Quinta Mensis Decembris Innocentio X. Sumo Pontifice
Anno Septimo sui Pont. Regnante Sex^{mo} Principe Ferdinando
Tertio Dei gratia Romanoru Imperatore, et Sex^{mo} Ferdinan-
do Secundo Magno Atrurie Duce Quinto Dominante summe
Felicissimo, & Inclyto pacis Moderatore*

*Laur^o Luccherius V.D. Can^o Pis^o Cur^o
Archidiaconus de m^o S. Fred^o*



cc. 4

